

ALIO TAVITUR  
CLARISSIMO ATQVE PRVDEN-  
tissimo viro, Domino Hieronymo Montuo,  
Christianissimi Galliarum Regis Henrici  
secundi, medico cruditiſſimo et ac-  
ceptiſſimo, Hugo Solerius  
medicus. s. p. d.



EDICINAM à ueteribus GræciscoPIO  
ſiſſime traditam atq; illuſtratā fuſſe, norūt  
omnes: à Græcis manafie in Arabas, qui po-  
ſtremam eius partem, ut diligenter exco-  
luerunt ſic, negleſti Græcorum remediiſ  
alitq; miroribus inueniunt, nouas ſibi medi-  
caminum formulaſ condiderunt: quorum  
uſum posterior aetas retinuit, approbauit, & nonnulla inueniuit;  
quibusq; penè dixerim ſolis contenta fuſſe, & adhuc nunc eſe ui-  
deatur. Cumq; ſic ferente rerum omnium inſigni uiciſſitudine, ab  
annis plus minus, quinquaginta priorem ſuam maieſtatem reſu-  
mere, ac ueterem cultum induere coepit: tantosq; ſibi neruos  
ac robur noſtro aeo compararit, ut nullo tempore celebrior ma-  
giſq; culta fuſſe uideri poſit: mirum profecto nulli non eſe de-  
bet, cur Græcorum remediorum uſus, penè ſolus, reparata medi-  
cinae antiquioris maieſtate, tanquam deſpicatus & inutilis exo-  
leuerit. Quid cum ego diligenter perpendem, ac ſedulū con-  
templarer, duas cauſas precipuaſ fuſſe comporio: inueteratum  
ac contumacem uſum alteram; altera ſimplicium crassam ac pu-  
dendam ignorationem: è quibus ille meticuloſos minusq; auen-  
tes (nullo rerū habito diſcrimine) & antiquitatis studioſos: hęc  
negligentes laborumq; ac disciplinarum contemptores homines  
facit. Huius itaque calamitatis ego atque indignitas ſedulus  
eſtimator, cum exploratum haberē hunc uetustę dignitatis ne-  
glectum, aut diſſimulari omnino, aut à q; plurimiſ ſaltem fieri  
minimi: coepi cogitare, num arte quadam ac uiae certitudine  
fieri poſſet, ut cuius medicinae studioſo iudicare nō eſſet diſſicile,  
an. ſ. ueterum Græcorum formula in uſum (ſi id exigeret neceſ-  
ſitas) uocari poſſent: aut omnino, ob ſimplicium tum inopiam,  
tum ignorationem negligendę ueniret. Eam igitur ob cauſam  
confili

confilii mei fuit, quēdam è Gracis autoribus diligere, qui morbos omnis generis, à summo capitū uertice usq; ad calcem fuisse set accuratissimè, iuxta ueterum normam ac traditionem, complexus; eumq; si id quidem fieri posset, tam diligenter illustrare, & modis omnibus ornare, ut hac ratione p̄fice medicinæ auctoritas illucesceret, & antiqua claritudine ac celebritate tandem donaretur. Ex iis itaq; unus Aetius dignior mihi uisus est, qui reliquis omnibus, (iuniores dico) hac in parte anteponti ture optimo debuerit. Is quidem medicinam omnem ita ex ueterum libris in unum uelut corpus ac uolumen contraxit: suoq; singula loco tam appositi collocauit & accuratè distinxit, ut ingentia Galeni & aliorum uolumina hoc quasi breuiario comprehensa & disertissimè explicata uideantur. Quā ob rem, ut huic tā fūneste ac deplorande calamitati tādem pro viribus reluctarer, & inducta rebus ipsis noua luce, depulsaq; ignoratiæ caligine, uiam quandam ad simplicia, tum nobiliora, tū cognitu (si absit qui demonstret) ualde difficultia, studiosis pararem ac uelut sternerem: ē mei instituti dignitate, reiq; publicæ literariæ utilitate esse putau, breues, ac quantum per maximam diligentiam li- ceret, perspicuas in singula simplicium eius capita adnotatus- culas (et eas quidem Gracis, Latinis, officinarum ac herbariorum, Italicis, Gallicis, Delphinaticis, ac nostratum uulgatis no- mensionationibus; nec non sceli natalitiū plantarum inuentu difficultium indicatione, illufres) conserbere: quarum ope ac familia- ritate nouus lector adiutus, caligare in expendendis & ad uiuū diuidandis priscorum remedii, posthac defeneret, & quasi ma- nu ad grauiorum πολυχρήστων αρετῶν, autorum duce- retur. In quibus si quid minus tersum, minus elegans, minus eru- ditum, minusq; compitum à zoilis alieniq; cum laboris, tum in- dustriæ sapidis uellicatoribus indicatum fuerit, curatum tamen religiosissimè est, ne diligenter ac fides alicubi nobis deesset. Quia propter admonitos uelim exactiores istos, feueriorisq; nota cen- sores, ut terq; quaterq; nostra scripta sedulò prius expendant, q; de re, fortasse illis parum exactè cognita, temerariam sententiā ferre. Accedit tum ex Galeno Aetioq;, tum aliis non postremæ classis ac nominis autoribus, ea nos simplicia adnotasse, ac, quasi digito, cōmonstrasse, que ueterum quorundam inopiam sacer- rent, & eorum loco in usum medicum admitterentur. Ceterū, ut in pauca tandem rem omnem contraham, nullis laboribus, nullis uigiliis, nulli denique rei familiaris iacturæ, cum incōqui- rendis

rendis ac peruetligandis simplicibus, tum in hisce conscribendis  
et solertiore cura elimanidis scholiis, ne percimus, quod res phi-  
losophorum promoueretur, facilioraq; omnia ac expedita magis  
haberet. Vnde, opinor, erit, quod medicinæ studioſa iuuētus (era-  
ditis enim et granibus uris hæc non scribuntur) nobis pro tot  
susceptis laboribus, cum se mirum in modum adiutam senserit,  
aliquam se gratiam debere ingenueſteatur: cum nimirum mul-  
ta nostris hisce (abſit interīm uero temeritas) scholiis luculen-  
ter ac dilucidè explicentur, que è recentioribus nemo adhuc sa-  
tis diſertè ac pro dignitate monumentis literarum mandauit.  
Quamobrem cum tam multorum hominum iudicia mihi ſuſtra-  
nenda uiderem: puderetq; tam multos, tamq; uiriles et publicæ  
rei minimè ob futuros labores: prius quam in aliquo differen-  
tium eſſet, ſupprimere: anceps quid agendum eſſet, tanti per  
animo fuſi, dum ſuperata omni ſuſpitione, deuoratoq; inani me-  
tu, ſatiuſ fore duxi, aliquid ſtudioſo homine dignum, etiam cum  
periculo, audere, quam domi ſine fruge ac laude, ſegniter deli-  
tſcere. In lucem igitur, quanquam ancipi tate, predire ſtar-  
tumus; tibiq; idcirco, doctiflissime Hieronyme has noſtrarum lu-  
cubrationum primitias coſecrandas exiſtimauimus, quod bis re-  
gionibus nemo hoc, exiguo quidem, at non uſqueaque contem-  
nendo, munuſculo, dignor te uno uifus fuerit: tum, q; tutandis;  
et à fugillatorum grumitu uendicandis nobis, aptior, uigilans-  
tior, deſertior, doctior, q; qui ſuam, uix in orbe Christiano, nedū-  
bic, etiam graui doctorum testimonio, inueniri queat. Ceterum  
quem, obſecro, magis decent celebrium medicorum congreſſus,  
ſtudioſorum medicinæ ſauor, quam eum qui doctiflissimus medicus  
fit: ſuaq; apud reges ac principes autoritate plurimum poſſit:  
et ad ſtudioſos omnes promouendos, officioflissimus ac natura  
propenſiſſimus iudicetur: quicq; uanos laceſtentium iuſtulſ com-  
peſcere, clauumq; clauo, ſi opus fit, retundere diligenteriſſime no-  
rit? Accipe igitur fronte ſerena benignoq; uultu tenelli buius  
noſtri partus, ac primogeniti opuſculi patrocinium. Is enim,  
quanquam uiribus adhuc, ob ætatem et exiguum corporis mo-  
lem, imbecillis uideatur: quo cunq; tam enire perreveris, dum  
modò benignam adiutricemq; manum uon deneges, ſatis (qua-  
eſt prothuſuſiſſim⁹) uadis animoſitas) expedite ſequetur. Vale.

Lugdum, Calendis Martij M. D. X L I X. 1583  
HVG. Or

*Quiam alibi exaratur, si domino ita uisum fuerit.*

*γεντιανή, Gentiana.*

Officinis nomen tenet: Gallis de la gentiane: Delphinatibus (caput quos, si usquam gentium, copiosissima progerminat) & nostratis de gentiano: Italis gentiana vocatur. In ore est omnibus radix plurimis cognita, planta non ita multis excel- sis enim in montibus, eorumque planiciebus delectatur. Nec fa- cile est gentianam calidore solo, sponte natam, inuenire. Fa- ciunt nonnulli & in morem gentianam, quae alibi raro quam in mo- tibus inuenitur, gfluxu amarisimo, folio quasi saponaria, flore ceraso, radice digitali, caule dodrantali, nodo lœui. Ea sa- pius uidi in montibus, argillosis praesertim in locis. Floret aesta- te. Semen uix maturescit. A iunctam eam quibusdam Italie popu- lis uulgo petimborfa nominari: maxima rurumque ac nobilissima- rum uirum esse. Ea Fuchsio cruciata nominatur.

*γενετή, Vinacea.*

Officinis arilli, Gallis des pepins, nostris des grignos, ac si dicas granula, appellantur: vulgaris sunt notitiae.

*γενίδιον, Gingidium.*

Officinarum est chæropholum, uulcus item Gallorū, Delphi- natum & nostratum du cephueiz nominat, nulli matrone- solitorive incognitum. quanquam sunt qui contendant uerum gin-gidium in his regionibus ignotum esse.

*γλαυκόν, Glaucium.*

Quidam, & quidem doctores, putant apud seplasias memithæ nomine haberi: alii ignotum esse contendunt. Nos eam litem alii dirimentam relinquimus. Constat tamen certumque est, multas remediorum formulas parari posse, si memitha glau- cium sit, quae aliqui nequaquam parabuntur.

*γλυκων, Pulegium.*

Officinæ nomen seruant: uulgo du policeu aut poliot: Italis pu- legio.

*γλωσσά, Balnearum fôrdes.*

Balnearum quasi obsoleuit usus, præterij in Italia: atque cibid for- des huiusmodi ad usus medicos non exceptuntur.

*γλυκύριζα, Radix dulcis.*

Officinis corrupte liquiritia pro glycyrrhiza: Gallis reglice: Del- phinatibus & nostratis regalic: Italis regolitia. Radix ma- ximi in medicina usus, planta non ita mutus cognita. Succus at glycyrrhiza inopia ut farciatur habes cap. 52. lib. 8.

γλυκυσθήν, *Paeonia*.

Officinae nomen retinunt. Duum est generum: mas foliis iuglandis, foemina latoibus, rotundioribus, & insigniter dentatis, adq. Smyrnii folia proxime accedentibus. Vtraq; species Lutea in hortis inuenitur. Foemina his locis copiosissima. Galli utraq; speciem una appellatione complectuntur: nā prenā flores des roses nostre dame noinant: hic, quod sciā, angonyma est: Nostrates de piouno uocant.

γναφάλιον, *Gnaphalium*.

Putatur vulgaris officinarum cotonaria: quibusdā tamen ignotum est.

ροζυλίς, *Rapum*.

Latinis & officinis idem nomen ferua. Gallis & Delphinatibus des rauas: Italis rape: nostris rabes: quamquam hac appellatione buniada quoq;. i. napum complectantur. Galli itidem ea uoce raua raphanum hortensem plerunq; nominant.

Δαμασώνιον, *Damasonium*.

Ad damasonium referunt docti herbariorum plātaginem aquaticam, cuius penuriam sarcit eryngium cap. 29. lib. 11.

Δαυκός, *Daucus*.

Officinae nomen quidem retinunt: At suspicio est uel maxima, primam dauci speciem his regionibus ignotam esse. Ad secundam reuocat Manardus lebysticum officinarum, quod sane assentiente multorum doctorum uirorum iudicio ac testimonio smyrnion Dioscoridis est. Sed tamen ad secundum genus non inepte referunt faxifragea uulgares, et si eas quidam sui generis herbas existimunt. Tertium genus uulgaris est notitia, & solum apud officinas, dauci nomine, in usu cereberrimo.

Δάφνη, *Laurus*.

Officinis nomen feruat. lauri bacca in usu sunt frequentissimae planta rarissimo. Gallis Delphinatibus, & nostris laurier, Italis lauro.

Δίκταμπον, Δικταμόν, Δικταμόν, *Dictamnum*.

Pseudodictamnum.

Officinae diptamnum appellant. Verum dictamnon ex Creta in sua (cuius unius soboles est) Venerias: Venetis Lugdunum importatur: quo loco id mihi, sed siccum, uidere contingit: rara tamen negotiatorum incuria hic est. Pseudodictamnon in Hispania copiosissimum: hic ignotum.

Δίτανος, *Veneris labrum*.

**Officinis & herbariis uirga pastoris.** Duo eius genera: hortensis,  
Gallis chardon a bonetier, Italis cardo: sylvestris nostratisbus,  
de brustis, id est, scopula uestibus emundandis dicata, nominatur.

*Opuniorj* Dorycnium.  
Ignoratur.

*Dolichoi*, Dolichi.

Vulgo nostratiū phaioulx rouges, Italis fagiouli turcheschi no  
eminentur: maritimis presentim locis assiduo cultu nobiles, &  
cibis prope quotidianis experti.

*Paxontio*, Dracontion.

Tria sunt eius genera: primum uidit Plinius in Hispania, nostris  
temporibus ignotum: alterum est vulgaris serpentaria maior:  
tertiū, minor, seu uibile sacerdotis. Dracontion Italis dragō  
cello & serpentaria. Ruellio placet hoc caput apud Dioscoridem  
ascitum esse, quod simile neri non est. Nam id Gale  
nus silentio minime erat prætermissurus, quem constat libr. 6.  
simp. sati amplam de dracontio mentionem fecisse.

*puī*, Quercus.

**Apūa** Græcis: Quercus Latinis & officinis; Gallis & Delphina  
tibus chaisne: Italis quercia; nostris roure. Ad quercum mul  
te glandiferae arbores referuntur: *q̄z*, Latinis ilex, quæ duo  
rum præcipue est generum. Pumilla, quæ post coccum baphi  
cum rubrum (nostris) apud quos plurimus colligitur, vermilho  
appellant. glandem de se promit. Procera, quæ nostro ser  
mone culse, Italico elice dicitur. Est & tertia ilicis species a  
quisofia cognominata. Huius duo quoque genera. Mas pu  
milla, quæ fructum ex croceo purpureum, pisi magnitudine,  
& effigie racemosum, autumno inclinante ad hyemem, pro  
ficit. In agro Delphinatico & Lugdunensi copiosissima. Fœ  
mina procerior, arborq̄ iuste magnitudinis, natura sterilis,  
foliis latioribus & magis aculeatis, quam Galli du houx, no  
stri greu vocant: ex cuius cortice uincum optimum conficiunt  
auncipes. Ab quintam ilicis speciem iure optimo suber referti  
pot: cuius cortex Gallis du liege nobistū arbor, tū cortex lue,  
Italis souero nominatur. Maritimis (quod Plinius minime ex  
istim auit) nostræ puincæ locis, circa Forū Iulii, & Graßau, que  
bes non incelebres, fauiliare. Illicis sp̄es oēs perpetua fronde  
uirient, & robustissima sunt materie. Quercum generi a qui  
busdā assignatur fagus, quæ Gallis faustea: Italis faggio: no

*fris faus. eius fructus Gallis des faines: nostris fayo: Italis  
ghianda di faggio nominatur. Is triangularis est, & rusticis, in  
stante fame, in cibis, ob dulcedinem, expetitus: præcipuumq[ue]  
ursorum pabulum.*

*Εβιοντής οὐδὲ Βούλας, Ebiscus, Althæa.*

*Nobilissima, quanq[ue] sylvestris, species malvae est, & usu medico  
celebris: uulgo officinarum & herbariorum bisnala ab eius  
præstata. Gallis guimalue, Italis malua uisco, nostris malu  
ue blanche dicitur. Est & alœæ herbarii herba symonis, Ita  
lis nunc bisnala, muc malua saluaticæ, interdù buō uischio,  
& malua uischio nominata.*

*Εβοντής, Ebenus.*

*Autori lignum est, Dioscorides indeterminatam eius generis, li  
gnum ne esset, an aliud, nomenclationem reliquit. Pausanias,  
in Attica historia, radix censetur, qui, ex herbari cuiusdam cy  
prii sententia, hæc de ebeno scriptis mandauit. Equidem au  
diui Cyprium quandam, qui herbarium genera omnina ad me  
dicandos homines optime dignoscere sciebat; is ebenum folia  
producere negat, neque ullum fructum ex ea existere: deniq[ue]  
sub sole nusquam apparere, sed eē radices subterraneas, quas  
Æthiopes fodiant, apud quos sint qui ebenum reperiunt sciant.  
hæc ille. Ex quibus colligi potest, quid sit ebenus. Apud do  
ctos nomen retinet: Italis de l'ebeno, officinis ignotus. De he  
beno plura lege apud Solinum cap. 6. ad hæc apud Pliniū,  
& Theophrastum.*

*Ἐλαῖα, Olea.*

*E'λαῖα Græcis: Latinis olea. Duum est generum, urbana & syl  
vestris: urbana Gallis, Delphinatibus & nostris oliuier, Italis  
oliuo: fructus oliue nominatur: arbore est omnibus nota. Syl  
vestris at officinis, medicorum plurimis, & Gallis incognita:  
nostris & Delphinatibus nostris prouinciae (nam frigida loca  
horret & calidis delectatur) conterminis alauerit, ac si dicatur  
olea uiridis, & d'alauerit, Italis oliuo saluatico nominatur. Fo  
lia enim q[ue] domestica uirentiora, minora, breuioraq[ue] habet, &  
per ambitum molliter crenata. In sylvis frequens nascitur, un  
de sibi apud Græcos id cognomentum adoptauit. Apud nos  
copiosissima inuenitur.*

*Ἐλαφόβοσκος, Elaphoboscum.*

*Officinarum & herbariorum gratia dei est, iam cognitu facilis:  
Gallis quibusdam de la phalouse. Lutetiae innominatum, ut*

& Italiz.

Ἐλεύθερος, Helenium.

Vulgaris iam est notitiae. Officinis & herbariis enula campana: vulgo Gallorum, Delphinatum, & nostratum, de la campa ne, Tuscis lella, alii enola, & enoa, usu multo celebris.

Ἐλλήσπος, Veratrum.

Veratri duo summa fastigia: album & nigrum. Album Gallis de Pellebore: Italis elleboro bianco: rusticis alpium de uerate & de uararou: nostris uera yre nominatur. In excelsiorum montium pratis luxuriant, humidioribusq; praesertim locis (in quibus non raro candidi ueratri caulem, tricubitalem, implere longitudinem conspexi) delestat. Frequens ac copiosum apud Delphinatum montes, & in alpibus prouenit, nulli e plebe iognotum. Nigrum officinis nomen, ut & candidum, seruat: quanq; inter doctos non constat, an ea planta, que nigri ellebori nomine celebratur, & in medicos usus admittitur, nigra ueratrum sit. Scio plerosq; pharmacopolas ualde deceptos lycoctoni secundi generis radices inconsulto pro nigro ueratro in suis tabernis uenales habere, eisq; quories nigrum ueratrum expetitur, pudore omni deposito, uti. Fuchsio, placet consiligenem Plini & Columellæ (que Gallis poumelee: Delphinatus maristre: nostris pomolueyo, quasi polmoniero, id enim nomen iam dictis autoribus quoq; habuit, nominatur) nigrum elleborum uocandam, & alterius inopia, in usum uocandam esse. Alii, etiam uiri celebres, tria nigri ueratri genera in Italia nasci contendunt, primum, cui purpurei: alterum, cui candidi: postremum, cui herbidi insin flores. E quibus nos duo priora, lycoctoni aconiti species: postremum, Columellæ ac Plini confiliginem esse existimamus. Siquidem Alpini Delphinates radicibus primi aconiti lycoctoni generis utuntur ad muentas utrinq; purgationes, eorunq; lingua antonno & anthonulo, Lygurum uero anthro dicitur, duas posteriores species ad luponum & aliarum ferarum uenationes ac perniciem reliquas faciunt. Postremum, id est Columellæ, ac Plini con filio, Fuchsio, ut dictum est, elleborus niger adulteritus, Gal lis poumelee, Delphinatus maristre, nostris pomolueyo nominatur, maximarumq; uirium est contra omnis generis inflationes, maxime uenenosas, contra ellebori albi, ouillumi pecus male habentis, uiolentiam, contra pestilentiae contagia, ut quotidiana miteq; salubria rusticorum experimenta testantur. Si

quidē oues quæ pullula sentem candidum elleboris, una cum  
reliquo pabulo, deuorant, statim tote intumeſcunt tantope-  
re, ut minimū absit, quin præ immoda tensione disrumpā-  
tur, uomintq; assidue ac magnis conatibus. Vnde opiliones,  
non ignorata tā perticiosi alimenti inclemētia, cognitoq; fa-  
lutiari remedio, consiliginis ramis aliquot arreptis, male affe-  
ctarum & de uita periclitantiū pecudum terga, vētre, lateraq;  
eis tandem percūtiunt, (cas obambulare cogentes) donec totus  
immodiculq; ille tumor euaporari, & uomitus sedatus fuerit  
id quod dñabus tribusve, ad summum, horis p̄ficitur. A thae-  
ſcio noſtra prouinciae rura, ad quāuis pecoris contagionē, trā-  
co consiliginis uti, perforatis ferro animalium auribus, trūcoq;  
ad extirpandum uenenum, foraminibus impacto. Quamobrē  
ſimile ueni non eſt, consiliginem, cum uerati candidi uitia e-  
mendet, eiufq; malignitatē aduerſetur, nigrum elleborum eſſet  
nihilq; mirum uideri, si uiri doſti, magno ſuccēſſu, primi gene-  
ris lycoſtono aconito, & Pliniuſ consilagine, ad melancholicas  
affectiones utantur. Ceterū ſi quis cōmemoratum iā plan-  
tarum radices diligenter expendat, nihil illas cum nigri uera-  
tri radib⁹ (quæ teſte Diſcoride, cep̄e modo bulboſa ſunt,  
erumpentib⁹ ab imo eorum bulbo multis radiculis) cōmune  
habere multo euidentius emperiet, q; ut plurib⁹ demonstra-  
ri nunc debeat. Taceo nullam ex his plantis, dum uelluntur,  
capitis dolorem, ob uaporum habitū, concitare, ut ipſe milles-  
sum experitus. Id qđ in nigri ueratri euulfione teſtatur Diſco-  
rides: ideoq; citiflame, ad uitandos dolores, euellendum eē. Ex  
hiſ igitur cōſtat, nullam harum trium plantarum, ad nigrum  
ueratrum ſatis apte poſſe reduci, quin duas priores, aconiti ly-  
coſtoni poſtremas ſpecies eſſe: poſtremam herbam ſui generis  
diſſicileq; hiſ in regionibus nigrum ueratrum inueniri, led na-  
mine tenus cognitione eſſe.

Ἐλξίνη, Helxine parietaria.

Officinarum parietaria eſt, Delphinatibus de l'ſparge: noſtris  
ſparguoſo: Gallis paritoire: Italis uetriola.

Ἐλύμου, Panicum.

Panicum nomen officinis & Gallis, du panicum appellatibus,  
retinet: Italis panico, & panizzo.

Ἐμπετρον, Empertrum ſive epipetrum.

Vulgatam cretam marinam ad empertrum referti quidā uolūt  
ſed nequicq; nam ignota hiſ regionibus herba adhuc eſt. Epi-

petritamen inopiam farcit scammonium pari pondere ea. 76.  
lib. 3. Est & Fuchsio suum empetru seu fax fragium, quod officinæ salviā uitā. & Delphinates saue uie appellant: quodq; dominus Iacobus Sylvius præceptor meus lōge doctissimus, ad quartum adianti genus reducit: quæ herba a ueterum emperio sive epipetrio longe diuersissima, tum delineamentis, tū facultatibus est, quemadmodum alibi suo loco dicemus.

Ἐπίθυμον, Epithymum.

Officinis nomen retinet, omnibusq; in ore est: thymo & satureiæ adnascitur, usus est in medicina celebris, & multi.

Ἐρεβίνθη, Cicer.

Officinae Latino nomine utuntur. Gallis pois ciches: Delphina tibus & nostris cefes. Italis ceces. Duo ciceris genera, albū & nigru, quod arietinum uocatur inq; medicinam recipitur, & officinis cicer rubrum nominatur. Album, aliud maius, aliud minus. Maius fabas sua ferme magnitudine æquat: coctionē paucam sustinet, & cibum palato suauissimum præstat: meis Sanionensibus familiare, qui, a magnitudine sumpta appellatione, gros cese nominant: minus omnibus motum.

Ἐρπυλλον, Serpyllum.

Nomen officina seruat. Gallis & Delphinatibus du serpoulet, Italis serpillo, nostris serpoulhet dicitur.

Ἐρύαιμον, Irio.

Eruca nobilis herbaris: Gallis noble roquette: officinis ignotū. Italiz anonymon. Eruce species est: urbium fossis & itineriæ marginibus familiare. Luteum florem promit.

Ἐρυτρόδακον, Rubia.

Duo erythrodani genera, maius qd' rubia maior, aut rubia tintiorum: minus rubia minor officinis & herbaris dicitur. maior autem rubia Gallis de la gwarence: nostris autem rouio, & Italiz robbia, nuncupatur.

Ἐρύκη, Eruca.

Officinis nomen seruat: ubiq; Galiliarum de la rocquette, Italiz rucchetta, omnibus nota.

Ἐπατόριον, Eupatorium.

Officinarum est, & italorum agrimonia: Gallorum agrimoniae nostratum agrimoni. Quod autem officinæ eupatoriū appellant, hydropiperi Dioscoridis maxime responderet.

Ἐψφόρβιον, Euphorbium.

Habetur, & nomen retines. Si recens non adsit, ueteris duplum.

*substituitur.* cap. 3. lib. 12. Si omphino desit, sulphur autem  
storium eius loco admittitur. cap. 27. lib. 14.

*Zeta,* *Zea.*

*Est vulgaris Italorum spelta. Gallis, Delphinatibus & nostratis  
bus espeulte.*

*Zingiber,* *Zingiber.*

*Officinis gingiber, Gallis du gingembre, Delphinatibus & no-  
stris gingiber, Italis giengero. Officinis duplex habetur: ale-  
bum a uulgo magis expertum, & minus prestans, ob adul-  
terium dolo contractum: flauum, aut pene tercum: ambo no-  
tissima.*

*Zubos,* *Zythus.*

*Potus genus est, ex ordeo aqua randi macerato, donec in lique-  
rem uino similem resolutatur.*

*Zyma,* *Zyma, Fermentum.*

*Officinis fermentum: Gallis du leuain: Delphinatibus leuame-  
nostratis leuame.*

*Mentha,* *Menta.*

*Mente duo genera: sativa, & sylvestris, quae mentastru. Latinis,  
nobis mentastre, Italis menta saluatica appellatur. Sativa in  
quatuor species distribuitur, quae non ita multum a se se diffe-  
runt, nomen omnes retinent, excepta una specie quae balsami  
nomen sibi apud uulgos adoptauit. Nam du baulme gasum  
omnibus uocatur.*

*Securidaca.*

*Ruellio placet edysarum, de la graue, & frumentis sit molesta.*  
*Gallis nominaria: aliis des cornuettes dicitur, a similitudine q̄  
filiæ cum corniculis habent. Hanc, cornuetam in q̄, Fuchs-  
ius, ut Sylpius noster annorauit, eranthemi chamaemeli no-  
mine depinxit, quemadmodum in Anthemide diximus. offi-  
cinis quæ sit ignoratur. In Italia autem frequens est, sed ano-  
nymon.*

*Emerocallis.*

*Quid sit, non ita inter doctos constat. quidam lilyum, cui flos est  
croceus, hemerocallim putant vocari: quidam adhuc incon-  
sultius, ne ineptius dicam: genus quoddam satyri flore palli-  
do aut subalbido hemerocallim faciunt. Italis autem giglio  
saluatico nominatur. Memoria teneo me, anno domini 1547.  
mense Maio, non procul a Lugduno herbam quandam ui-  
disse, cui nomine hemerocallis omnes magno consensu adstipit.*

Ientur. Siquidem bulbosam habet radicem, fatis magnam, nr  
niculis ceparum exemplo intertextam, candidam, succosam:  
caulem rectum, teretem, caulis lili aut alphodeli ænulum: p  
singulos exortus, uersus caulis summum, flores exiguos, sup  
pallidos, storem lili figura omnino representantes: folia pos  
tacea, non numerosa, humili strata, & alia omnia, quæ eam plâ  
tam hemerocallim esse aperte conuincant. Copiosissima na  
scitur in monticulo, seu uerius colle terreno quodam, qui pla  
nitiam, qua Lugduno Vienam Allobrogum iter est, termi  
nat. Floret mensis Maio. Quod illi sit vulgatum nomen, me  
ignorare ingenue fateor: in ea tamen sum sententia, ut eam quâ  
depinxi herbam hemerocallim esse certo existimem.

ἀριθμων, Senecio.

Officinis nomen retinet: Gallis du senezon: Delphinatibus, &  
nostris de senizon: Italis cardoncello, & spiciccia. herba est

vulgo nota, & magni Aëtio in hepatis affectibus, momentu-

ηρυγγior, Eryngium.

Officinis iringus: herbaris centum capita: Delphinatibus  
panchault: nostris panicaut: Gallis (ut & Italis) nullum,  
quod sciam, apud vulgus nomen obtinuit, ut alibi fusius an  
notauimus.

θαλα, Thapsia.

Officinis iuxta ac Larinis: officinis prope omnibus, Gallis  
& Delphinatibus ignota. Musae Brassauolo in quibusdam  
Italiz montibus prouenit, & a rusticis crassegnana vulgo nō  
cupatur. In nostræ quoq prouinciae monticulis quibusdam,  
prope Pertusium celebre oppidum, quos uocant Les troys  
freres, nascitur, pharmacopolis eius urbis cognita, vulgo igno  
ta, plurima quoq in Apulia luxuriat: vulgo tamè anonyma.  
Nec hoc loci id est de thapsia silentio obliterandum. Si quis  
spirantibus uentis: thapsiam (media existente inter illum & au  
tam herba) flossorio rastro euulserit, tam molestos illico puden  
torum experietur pruritus, ut præscabendi assiduitate ac per  
tinacia, absit q minimum, quin sibi uirile membrum euellat.  
Id enim ab iis qui periculum fecerunt, nuper intelleximus: ut  
inde facile sit obseruationem confirmare, quā in eruenda tha  
psia præcipit Dioscorides.

θέμητ, Lupinis.

Officinis nomen feruat, vulgo ubiqs Galliarum des lupinis, Ita  
lis lupino, Duorum est generum, satius & erraticus.

**θλασπι.**  
Capsella & scandalaceum Latinis: officinis ac herbariis nasturium testorum, & sinapi rusticum. Duo thlaspios genera, maius & minus: utrumq; lapidosis & uineis delectatur, herbarie rei studiosis iam notissimum, uulgo ignorantum.

**λατουκα.**  
Laetula alia crispa: rotunda alia: alia capitata: officinis nomen retinet. Gallis & Delphinatibus laetula: nostris lachugo: Italis lattuga: omnes uulgo notae.

**θυμος.**  
Latinis & officinis nomen retinet: Gallis du thym: Italis thymo, Delphinatibus & nostratis frigolo: tam ubiq; notus, ut nec tritum puelum eum ignorare existimem.

**σατυρεια.**  
Satyreria Latinis & officinis: Gallis de la thymbre ou sariette: Tuscanis coniella, aliis Italia locis sauroeggia & peuerella. Delphinatibus de saouree: nostratis leiruegno. Duo eius summa fastigia: sylvestris, quæ præstantior: & domestica, maximi in hypernis iusculis apud Delphinateus usus. Iuseculi genus appellant de la pouruolo, au pouruora.

**ιντυροι.**  
Intybus Græcis: Intybus Latinis. Duo summa seridis genera: sylvestris & sativa. Sativa seris bifaria distribuitur: In unam quæ latiore constat folio, laetulae similior. Herbarie corrupta ab intybo appellatione endiuia: officinis itidem hæc pro uera endiuia est usurpanda, lenge ualere iussa illarum endiuia, quæ est sylvestris laetula: Gallis end yu: nostris end yuio. Delphinatibus cichoree. Altera angustioribus foliis, & gustu subamaro. Hæc quædā uocum diminutione feriola dicitur, quam corruentes recentiores, scariolam dixerunt ea Gallis scariole etiā nominatur, & officinis scariola. Lugduni passim cichoree, quæ in acetariis hymetora, maxima palati suavitate, utuntur. Sylvestris item in duas species diuiditur. Alteram, quæ ab insigni amaritudine πινης ή μιχωριον, Latinis ambubacia, herbariis & officinis cichorea: Gallis & nostratis cichoree: Delphinatibus cichoreo bouschasse. Alteram, quæ hedynois nomen a somno conciliando, aut ab eleganti inter serides odoris suavitate, sibi adoptauit. Hæc dens leonis, aut rostrum porcinū officinis, Gallis pisce en list, Italis piscia al letto appellatur.

**ιγος.**  
Viscum.

**Latinis & officinis** uiscū, nostris & Delphinatibus de uisch, Ita  
lis uischio: Gallis guis de chesne. Variis in arboribus gignitur  
& omnium rarissime in querca, quanq id solum ad medicos  
uſus celebrati & expeti uideatur.

*tor, Viola.*

Hoc loci, uia nomine, martiam appellatam uiolam intelligit.  
Huius duo inueniuntur genera, candida, & purpurea. Candi-  
da folio est minore, nigriore, q̄ purpurea, subhirsuto. In hortis  
Lugdunensibus, & sylvis uicinis passim inuenitur. Purpurea  
duum est generum. Si quidem alterius flores, quinq: alterius  
uero, quatuordecim foliis constant. Hunc uiolette double: il-  
lum simpliciter uiolette uulgus totius Galliae appellat. Am-  
bo in Italia uiole māmole dicuntur. De reliquis autem uiolae  
generibus in leucoio agetur.

*παππαρισ, Equisetum.*

Herbaris & officinis cauda equina: Gallis de la prele: Delphi-  
natibus, ab eius asperitate, d'asperette: nostris, a consolidandis  
glutinandisq uulneribus, consolida de nominatur. Trium est ge-  
nerum, sed omnes notae, & idem nomen retinent. In Italia ta-  
men minor asprella, maior coda di cauallo dicitur.

*isatris, Isatis.*

Officinis ignota. Duum est generum. Sativa Gallis du guesde: Tuscis guado: Aquitanis, apud quos mercimonie nomine ce-  
lebratissima ē, ac nostrisibus de pastel, nominatur. Sylvestris,  
quanq doctis non ignota, nullum tamen, quod expiscati salte  
potuerim, uulgam sibi nomen adoptauit.

*itrix, Salix.*

Officinis nomine seruat. Tria salicis genera, nigra omnium maxi-  
me poca, Gallis du faulx aut faule: Delphinatibus & nostris  
faul se, Italies salice. Candida, q̄ medie est altitudinis, nostris  
bus uege dicitur, fluminē ripis familiaris. Viminalis, q̄ in fati-  
uam & erraticā distribuitur. Erratica rufus bifariam partitur:  
in pumilla omnium tenuissimā & ruberrimā, & alia procerio-  
rem, q̄ nigra salicem quodammodo emulatur ac metitur. Vi-  
minales oēs sub amerinæ nomine intelliguntur & comprehen-  
duntur, quæ Gallis ouister, nostrisibus armarinier, Delphinati-  
bus armarinier, & stolones aut seckæ uiticulae nobis amarinos,  
Italies armarines, Italies uechi nominantur. Aliæ habes salicis diui-  
sione apud Fuchsium ex Theophrasto, Plinio, & Lucio Colu-  
mella. Nos hanc sumus amplexi, ut qui has oēs salicis spēs.

exacte cognitas habemus, quarumq; historiam alibi copiose tractabimus.

καλαμίνθη, Calaminthe.

Tria eius genera. Primum officinis nomen retinet: Italis calamēto. Alterum pulegii regalis (quod verius clynopodium Diocoridis est) nomen sibi ascivit. Tertium putatur herbariorum & officinarum herba catti. Gallis, Delphinatibus, & nostris Verbe auchat. Nepeta Italis nipotella: nec defunct (quod est uero similius) qui herbam catti calamenti speciem esse nesciunt.

καλαμίθη ἀρωματικός, Calamus aromaticus.

Ostentant officinæ radicem quandam, quam calami aromatici nomine uendant: quamq; nonnulli ad acorum referendam putent: quorum nimirum sententia ueterū odoratus calamus defuderetur. Substitui calami, cuius laboramus inopia, potest arborum muscus.

καλαμίθη φραγμῖτης, Calamus phragmites.

Arundo. uulgaris est notitiae: Gallis du rousseau: Delphinatibus & nostris de canno: Italis canna.

καννάβης, Cannabis.

Officinis nomen retinet: Gallis chanure: Delphinatibus channeou: nostris cannebe, & carbe: Italis canape. In satiuam & sylvestrem diuiditur. Satiuia in marem & foeminam, quæ ad lineos usus est accommodior: sed steriles mas semē profert. Sylvestris multorum ingenia torfit, nec tamen adhuc satis cognita est, quanquam non me latet herba, quam pro sylvestri cannabis ostentant.

καπνίον, Fumaria.

Fumus terre officinæ, Gallis nostratis, & Delphinatibus fumertere: Italis fumaria & fumotere. omnibus nota est, & frequentis in medicina usus.

καπνάρεψ, Capparis.

Latini & officinæ Grecam appellationem usurparunt, Maritimis locis delectatur hic frutex. Lutetie quoq; in horto diuæ Mariæ uisitatur. Fructus Gallis & Delphinatibus des cappres: Italis cappari: nostris, distinctionem tāillum immutantibus tapetos nominatur, in nostra prouincia frequens, maritimis, praesertim locis.

Καρδιάφυον, Nasturtium.

Καρδιάφυον Græcis: Nasturtium Latinis & officinæ. Duo sunt.

nasturtii genera: hortense, & sylvestre, quod quibusdam lepis  
diu minus, aliis iberis nominatur, & seorsim ab autoribus pin-  
gitur. Hortense in duo quoque genera distribuitur. A terciisque  
dem folia sunt coriandrini quadrangulus proxima, subalbi-  
da: caulis rectus, cubitalis, laevis, teres, iuncis crassitudine: flos  
exiguus laetior candoris. Hoc Gallis craifcon halenoys: Italos  
aggeto: Delphinatibus anitour: nostris nastours dicitur. Altera  
ruero folia habet sisymbrii cardamines, aliquanto maiora,  
herbacea, caulem rectum, cubitum altum, crassiusculum, stria-  
tum, in cuius summo flos insidet luteus, a spectu gratus, alter  
ius flore maior, & ei dissimilis. Hoc Lugdunensibus Franci  
scanis, in quorum horto tantum haftenus uidere nobis licuit,  
anitour nominatur. Alterum enim illi ipsi crescentes iardins  
discriminis gratia appellat. Ambobus insignis acrimonias: sed  
in eo cui flores sunt lutei, aliquanto maior.

Kαρδάμων, Cardamomum.

Duplex est cardamomum: maius & minus. utrumque triangula-  
bus siliquulis continetur. Verum in minori flauiores sunt si-  
lique, breuiores, multoque magis articulate: tunicae autem filii  
quarum tenues sunt, flave, colore & consilente maci officio-  
narum similes. E majori cardamomo eruitur uulgatis grana  
paradisi: e minori autem uulgatum cardamomum minutis,  
acinis, colore ex terro flavis, & ita inter se compactis, ut sua  
effigie muscerdam ualde imitentur. Majoris semina multan-  
gula sunt: colore fusca, unaceis minora, gustus acerrimi, sine  
ulla adstringione, cuius, quamquam exigue, uidetur particeps esse  
minoris cardamomi fructus: & gustus est cum acrinonia mis-  
tame insuavis atque tantillum aromatici. Quibusdam placet  
officinarum hoc cardamomum, non quidem Graecorum, sed  
Arabum esse cardamomum: aliis neutrorum, sed aliquid ter-  
tium. Alii piper Indicum, quibusdam Plinii siliquastrum exi-  
stimat, ad cardamomum reuocare contendunt: sed quod ap-  
positae uiderint ipsi.

καρδάμων, Caron.

Officinis carui. montibus huius gentis herba familiaris: macilen-  
tis locis dodrantalis, caule anguloso, non usquequaque, ut Fu-  
chsis placet, quadrangulo, laetioribus & riguis bipedali, plu-  
ritimum brachiate, flore albo, aut in purpura candido, in sum-  
mis caulinis semen angulosum ac copiosum. Folia staphy-  
lini, subalbida. Radix candida, intorta gusto aromatico, fla-

et estate, nascitur, ut dictum est, in montium pratis, vulgoq; chetuy nominari ab indigenis solet. Nam illi eius seminis a siduo eis corpora ab hibernis frigoribus tutantur.

*necolæ, Carya.*

Vulgaris canella est, officinis falso cinamomum dicitur. Nā ueterum cinamomū defteratur, cuius tamen loco optimæ casæ duplum capitur cap. 91. & 111. lib. 13.

*Karpæ, Caria nux arbor, nux iuglans siue regia, nux parua, pontica, auellana.*

Nux iuglans siue regia, vulgo Gallorū Delphinatumq; noyer nostris noguyer: fructu sillis noix, nobis noye aut noye: Italisi noxi. Huius innumera pene sunt genera. Auellanæ nucis duo genera. Nam altera edomita, altera sylvestris statuitur. Sylvestris Gallicus couldrier: nobis & Delphinatibus oulagnier: fructus oulagne: domestica auellanæ: fructus uruq; Gallicus auellaine aut noisette: nobis & Delphinatibus auellane: Italisi auellana, nocella aut noxiuolla. Sunt & Indicæ nuces, uomaticæ, metel, & anacardi, de quibus recentiores multi abunde scripsi, runt: ad quos te remitto.

*Castaneæ, Castanea.*

Castanea tum Latinis, tum officinis dicitur: Gallis & Delphinatibus des châtaignes: nostris castagnos: Italia castania: mulitorum sunt generum. Nam aliae sylvestres, aliae domesticæ: aliae maiores, minores aliae: aliae gustui suauiores, aliae minus suaves. Quae maiores & suauiores sunt, Luretice marons de Lyon appellantur. Maximus hic apud Delphinates castanearum omnis generis prouentus. In Gallia rarus: apud nos nullus, aut saltim minimus. Pedemontanorum quoq; ac Lygurū ager castanearū feracissimus est, necnon & Aruernorū.

*Milium.*

Officinis nomen seruat: Gallis & Delphinatibus dū milher, & Delphinatibus iuxta ac nostratibus etim de melh, Italisi autem miglio, uocatur.

*Cedrus.*

Cedri duo genera: maior, & minor. Maior his regionibus nomine tenus cognita, minor ea planta est, quam nostriates ormin appellant, foliis cupresinis, baccis juniperi maioris, rotundis, pisorum magnitudinē æquantibus, substatuis, gustu acri & aromatico. Plata huiusmodi ulnarum diuarum, trium' ue, aut ad sumnum quatuor in tantam enim proceritatem assurgere in

terdum apud nos uidetur, quāq; rarissime) longitudinem, &  
tūrīlis tibīz magnitudinem non excedit, materie dura est, ue-  
nis quibusdam sāntalīnis intercursantibus distīcta, suau-  
ter spirans, fronde sempiterna, cortice rīmolo, non supra modū  
duro. Nasītur in montībus, saxosī p̄sērtim locis, calidisq;  
dūntataxat regionib; Cedri liquor cedri est, qui primus, dū  
pix ex cedro fit, uīgnis elicitur, eo liquore his regionib; ca-  
temus.

*κενταύριον μέγα, Centaurium maius.*

In Gallia infrequens. Lutetiae tamēn in hortis quibusdam uisi-  
tur. Audio a familiarib; rei herbariæ peritis, in alpib; nasci  
in monte qui camerace Sabaudorum metropoli ad septentrio-  
nes adiacet: tum a dofto quodam herbario apud Hispaniam,  
in montib; ei urbi finitimi, quam uulgo nostram dominam  
de finib; terræ nominant. Doftorum pene omnium conſen-  
ſu radix, quam officinæ rhapontici nomine venditant, centau-  
rii maioris radix est. Explodendus igitur officinarum de cen-  
taurio maiore absurdissimus error: admonendiq; sunt, ut do-  
tos de simplicibus medicamentis consulant, desinantq; tam  
impudenter in tempus reliquum delirare.

*κενταύριον μικρό, Centaurium minus.*

Vulgo herbariorum & officinarum centaurea minor: Gallis du-  
ſaccotin: Delphinatibus de repairet: Italis biondella. Vbiq;   
frequens. Duo huīus inueniuntur genera: nulgatum, & aliud  
montanum, humilis, flore ceruleo, calathi aut campanulae  
effigiem representante, caule item quadrangulo, gustu amari-  
ſimo, monticolis gentis Delphinatice vulgo repairet etiā no-  
minatur. Sed de his alias copiosius agemus.

*κέρασος, Cerasus.*

Multa cerasi genera. Nā alia acidū fructū, alia dulcē ferunt, q  
acidū fructū edunt, Gallis ceriflers, fructus cerifles: nostris &  
Delphinatibus agriottiers, fructus agriottes, Italis ciregie. Hu-  
iis duo genera. Dulces in multas species distribuuntur. Nam  
alia duracina, q; Gallis & Delphinatibus des coeūs, nostris  
graſſions, Alia nigra quæ Italis corbine: nostris ceyneros ne-  
gros. Alio ex albo rubroq; mixta ſpectantur. hæc Gallis des  
guines: Delphinatibus & nostris cerifles appellantur. Præstan-  
tius cerasi genus officinæ agrietam nominat. De cerasi gene-  
rib; uide plura apud doctissimum Ruellium cap. 64. lib. 1.  
Suz de stirpium natura historiae: & Matthiolū ca. de ceraso,

*κερατωνία, Siliqua.*  
Ea planta est, quam recentiores Graci Κερατώνια καλούσθε.  
Galli appellant, nostrates de carribus: Italis carobe, & car-  
robole. Lyguribus maritimis familiaris, & tam frequens, ut ap-  
pud nos in proverbiū abierit, carribus auenam esse afi-  
sum Lygurum. Raro in nostra prouincia inuenitur, apud Ni-  
eam & Villam cognomēto Francam, pasim. Sakosis enim  
asperisq; locis delectatur.

*κέρας, Betonica.*  
Duæ betonicæ species. Prior officinis nomen retinet: Gallis de-  
la betoine: Delphinatibus & nostris betoni: Italis betonica. Al-  
tera bifaria diuiditur, in altilem & sylvestrem. Altilem Gal-  
lis oilhet: Delphinatibus giroflee: nostris girosflado. Sylve-  
stris officinis tunicis, Gallis des ameris. Inuenitur & in sylvis  
altera agrestis betonica flore suppallido, mira eleganti, quam  
Delphinates giroflee boschasse appellant.

*κέρας, Galla omphacitis.*  
Galla duplex habetur. Alia ab orientis partibus ad nos inuehi-  
tur, & vulgo galle de romanie appellatur: in Italia autē gal-  
la. Alia hic e quercu nascentis nobis familiaris, quæ simplici-  
ter gallæ nomen retinet.

*κηρός, Cera.*  
Officinis nomen seruat, vulgo de la cire. Cerae species notiores,  
quæ ut in his explicatis immorandum existunt.

*κηρώπιον, Ciborium.*  
Pocilli genus est, ex Aegyptia faba conflatia.

*κηράριξ, Cinara.*  
Cogitanti mihi ac memoria repeteti, quæ incerta sit & obscura car-  
duoru nostra etate cognitio uix succurrit quid de illis, pro  
probabili, nedum certa, sit pronunciatum. Nam, ut agrestes  
omittamus, duo fecit Theophrastus, cap. 4. libr. 6. hist. plant.  
cardui genera: alterum, cui scolymus; alterum, cui caeti nomen  
insit. Scolymon hoc sibi peculiare uendicasse, & radicem tum  
crudam, tum costam, uescendam subinistraret: sed cibo gratis  
simam, cum florescit. Cum solstitium agitur, eius florem erum  
pere, Eundem senescantem in pappos satiscere: partum oblon-  
gum esse, nec spinosum. Eius quoq; folia spinis carere, quāuis  
planta ipsa acani speciem gerat. Cafton uero statim a radice  
caules humi reptantes producere, quos uocent cactos, & fo-  
lium spinosum, Desquamatos eos esculentos esse, tantillum q;  
sub-